

8.

Litterat. italiana  
—  
Componim. per musica  
Cap. I. N. 41.

EXITVS ISRAEL DE ÆGYPTO

*Melodrama*

AVCTORE

ANTONIO CHECCHIO

I. V. D. de Interamna

*Musicis adaptatum modulis*

A GREGORIO COLA ROMANO

In Ecclesijs Sanctæ MARIÆ de Plantu ac  
SS. Redemptoris &c.

*Phonasco, ac Illustriss. & Excellentiss. Domini*

D. CAMILLII PANPHILI

LAVICI PRINCIPIS AVLICO


C A N E N D V M

IN SACELLO ARCHICONFRATERNITATIS

S A N C T I S S I M I

CRUCIFIXI

*Fer. VI. post prima Domenicam Quadragesimæ.*



ROMÆ, Typis Io: Francisci Buagni. MDCCIX

*Superiorum Facultate.*

A C T O R E S.

Moyfes.

Aron.

Pharaon.

Dux Pharaonijs.

Chorus Populi.

B.C.A.B.

3  
A R G O M E N T O.

Dal Sagro Testo nell' Esodo dal cap. 3. al 12.

**V**olendo Iddio rendere libero il Popolo Eletto dalla seruitù dell' Egitto per lo spatio di molti anni sofferta commise à mosè dall' ardente, & incombusto Roneto nel Oreb di representare à suo nome al Rè Faraone la diuina volontà, e che il Signore Iddio degl' Ebrei gli chiamaua, acciò gli sacrificassero nel Deserto e per attestato di tal verità reudè prodigiosa la verga, che nella mano stringeua mosè trasmutandosi quella in serpe, ritornando poscia al primiero suo essere Parue à mosè difficile l'impresa, e perciò Iddio gli diè per collega il suo fratello Aron, quali dal Popolo riceuuti furono con sommo giubilo, ma appresso Faraone fu di poca efficacia l' esposto al nome di Dio, rispondendogli non cognoscere il lor Signore, e che questo Dio non gli hauena mai parlato, e che se udito l' hauesse, hauerebbe liberato il Popolo. Ordinò che fussero gl' Ebrei con piu rigore custoditi, e da maggiori fatighe oppressi nulla stimò la prodigiosa Verga, mentre i Maghi dell' egitto si sforzauano di oprare l'istesso, ma quella di Mosè tutte le altre distruggeua. die per tanto la Diuina Giustitia di mano ài flagelli, con trasmutare l'acque in sangue, con Influenza di immodi, e dannosi animali, con pestiferi mali, con fulmini, Tuoni, e Grandini, e con oscurissime Tenebre durante detti flagelli prometteua Faraone la liberatione del Popolo, ma cessati che erano, niente offeruaua, colorendo con vary prestigi la sua ostinatione, insinuando à Mosè il Sacrificare nell' Egitto, eleger gli Huomini, che nel Deserto sacrificassero le Pecore. Mosè si dichiarò che tutto il Popolo con loro armenti doneano uscire dall' Egitto per Sacrificare à Iddio, al quale stana l' electione della Vittima Apprese Faraone che cio fusse per nutrire pensieri cattiuu contro di lui, e sdegnato minaciò la morte à Mosè se piu auanti di lui comparso fosse. comandò Iddio à Mosè, & Aron, che in ciascheduna casa degl' Ebrei Sacrificato gli fosse un agnello con

<sup>4</sup>  
Riti che il Sagro Testoriferisce, con il Sangue del quale segnar  
si donssero da ciascuno le porte delle loro habitazioni, che così  
sarebbero preservati dalla morte, con la quale Idtio in una  
notte tutti li Primogeniti di Egitto percossè, compresi il figlio  
del Rè, si come le Primitie di tutti gli armenti. à si orrendo spet-  
tacolo Faraone permise l'Esito di Isdraele da Egitto pregando  
Mosè, & Aron, che nella loro partenza lo benediceffero.

### PROTESTA.

**L**E parole, Fatum, Deitas, numina, fors Dei &c.  
e simili, sono scherzi di penna poetica, e non  
sentimenti di chi professa viuere, e morire nella San-  
ta Fede Cattolica.

## PRIMA PARS.

ARON POPVLVS

Aron.

**A**Vla est Tyranni Regis,  
Instar carceris aurati;  
Fuluum aurum dat nitores,  
Sed cor præmunt atri horrores.  
His qui sunt in eo damnati.

Aula est &c.

Superba ambitio, & effera cupido  
Regnandi, dominatur:  
Sic gemmata catenâ,  
Ac prætiosa poenâ,  
Dum se regnare putat, cruciatur.  
Sub Isiaco Regnante,  
Quia auctus nimis Israel,  
Zelotiphia færalis.  
Verberat Regium pectus,  
Ne Isacidum sit vis Regno fatalis.  
Vnde infelices gentes,  
Lachrimantes, dolentes,  
Vetustæ seruitutis laqueo adstrictæ,  
Mordent fræna Tyranni  
Ab omni humanitate derelictæ.

Cho. Pop. Ah numen nos respice

Succurre Præcanti,  
Et Israel ploranti  
Fauere ne despice.

Ah Numen &c.

Aron Amici, ascendit altra  
Vester humilis flatus,  
Vertetur in lætitiâ tristis mætus.  
En Moyfes mecum uenit  
Pro libertate vestra à Deo legatus  
Egyptio Regi: iratus

Pharao, resistet vane  
Quid possunt contra Deum vires humanae?

*Aron, Moyses Populus*

*Moyf.* Audi Israel, & torquentes,  
Mulce iubilo dolores.  
Iam esulgent stellæ nitentes,  
Quæ tuos dissipant angores. *Audi &c.*

*Ara.* Acceleremus gressus  
Ad Regiam Pharaonis.

*DVX*

*Dux.* Buccinæ,  
Litui,  
Classica  
Tympana,  
Reboate,  
Resonate,  
In Hæbreos,  
Seruos reos,  
Arma milites vocate *Buccinæ &c.*

*Pharao, Dux*

*Phar.* Quid Isacidæ ò Dux moliuntur noui?

*Dux* Rex in æternum viue,  
Ab opere desistunt,  
Mihî, & Regno minantur.  
Cito liberos esse gloriantur.

*Phar.* Fræna ò Dux serviles clamores.  
Auge pensum ingemina curas.  
Da flagella, pænasq. præduras.  
Sic extingues rebelles furores *Fræna &c.*

*Moyfes, Pharao, Aron, Dux.*

*Moyf.* Tu Rex fræna rigores,  
Et Populi captiui  
Compatere labores.  
Eum libere dimitte, ut in Deserto,  
Hostias immolet Deo.

Tam

*Phar.* Tam audax quis es?

*Moyf.* Moyses sum vir Hæbreus.

Frater hic meus Aron.  
Misit me tibi Deus,  
Ex incombusto Rubo  
Horeb, miris flammis coronatus,  
Pro libertate Israel,  
Domini ego Dei tibi legatus.

*Phar.* Quis est Dominus vester?

Quis Israelis Rector?  
Nondum voces audiui, & verba illius.  
Qui nisi nunc loquendo,  
Sensus explebit meos.  
Non dimittam hæbreos.

*Moyf.* Qui EST misit me ad vos

Est numen, est sator,  
Rectorque Cælorum,  
Infantium amator,  
Osorsque improborum. *Est numen &c.*

Est Regum Rex, est moderator fortis,  
Arbitrer Vitæ, & mortis

*Dux.* At quis ut Pharao fortis?

Si quod occultum numen,  
Somniat humana mens adesse Cælo,  
In arenam descendat,  
A'Memphitico gladio se defendat.

Veri signum est grande Tonantis.

Sibi subditas reddere gentes,  
Pharaonis, sic munus regnantis,  
Est superbos domare potentes. *Veri &c.*

*Phar.* Totus orbis subactus,

Stellas præmere restat.

Eia niueos Iugales,

(Quibus lucido cursu nubes secas)

Exhibe nobis Phebæ triumphales.

A 4

Vt

*Aron.* Ut mulcet regium pectus,  
 Et quam bellè adulatur,  
 Aulicus, & ut Rex vane iactatur?  
 Ni Populum dimittas,  
 Senties dexteræ Dei mille sagittas.  
 Si dimittis nunc habreos,  
 Et tuos Deos eiurabis,  
 In aeternum Rex regnabis. Si dimittis &c.

Non te nouent portenta  
 Manus omnipotentis?  
 En hæc arida virga,  
 Formam induit Serpentis

*Phar.* Non dimittam, nil timeo  
 Eridenda præstigia  
 Elusoria prodigia  
 Egy pty's non ignote,  
 Maleficæ sunt vestræ Auerni notæ.  
 Impero, & Imperabo.  
 Sic factis vestro Deo responsa dabo.

Currite milites  
 Ite lictores.  
 Capite flagra,  
 Sumite spicula  
 Mille, & Ifacidis  
 Date Dolores. Currite milites &c.

*Moys.* Sic igitur est Dei exequi iussa?  
 Decernere flagella?

*Dux.* Pereat, pereat  
 Gens Hæbrea  
 Sub niliaco dolone  
 Sub memphitico mucrone,  
 Ista corruat fex plebea. Pereat &c.

*Moys. Phar. Aron.*

*Moys.* Nil, Rex Populus timet,  
 Dum numen opem spondet,

Spon-

*Phar.* Spondet Pharao flagella,  
*Moys.* Nil poteris pugnante Deo.  
*Phar.* Cum numine Reges certant,  
*Moys.* Sed victi sternuntur inanes.

*Phar.* Eia milites Egypti.  
*Moys.* Eia Abram filij infantes,  
*Phar.* Lora, flagra contorque te  
*Moys.* Præces numini admouete,  
*Phar.* Et vexate,  
*Moys.* Declinate  
*Phar.* Hos audaces,  
*Moys.* Cælo frontes.

Eia &c.

*Aron.* Pharao adhuc resistis  
 Parere Imperio Dei?  
 Virga in colubrem versa  
 Vestros elusit magos,  
 Cæli irati fragores,  
 Orride Tempestates,  
 Obtenebrata stellæ,  
 Non ne sunt Dei voces,  
 Quas tu audire cupis  
 In te, Regnumque tuum, nimis atroces?  
 Subuertitur natura,  
 Nec flecitur mens dura?

*Phar.* Date numini pia vota,  
 Ut resplendeat Roseus Dies.  
 Fata aduersa sint remota.  
 Redeat pax nobis, & quies. Date &c.

Populum è iugo  
 Eripiam seruituris.

*Moys.* Rex, placabitur Deus, sed ab eo caue.  
 Si verbis nos eludis,  
 Mittet noua portenta,  
 In manus namque Dei stant elementa.

Noui

Noui euerterent Egyptum terrores.  
 Vnda rubens, volantes ferales,<sup>1</sup>  
 Deturpabunt niliacos decores.  
 Feræ viles, & umbræ lathales.

Noui euerterent &c.

## FINIS PRIMÆ PARTIS



PARS

## SECUNDA PARS.

D V X.

**C**Larus splendet Olymplus,  
 Recefferunt Terrores,  
 Abierunt timores -  
 Nostra denuouernant prata.  
 Omnis ædit Ora flores.  
 Ridet Tellus, Ridet Vnda.  
 Repubescunt nuda fata.  
 Ridet aura ludibunda.  
 Omnis halet mons odores. Nostra &c.  
 Lætitia exultantes,  
 Ornent tempora nostra palmæ ouantes.

*Pharao.*

Quid faciam? ignoro,  
 Auxilium,  
 Consilium,

Vos numina imploro.

Habreos si dimitto,

In Regnum irati,

Cient horrida Bella.

Manere permitto,

Dei Israel irati,

Augentur flagella.

Vos numina exoro,

Auxilium,

Consilium,

Quid faciam? ignoro.

*ARON.*

Placeat nili Tyramno,

Eludere subiectos.

Se

Se nulla iacet legge esse deuictum .  
 At Deo frangere fidem ,  
 Quantum errat , si putat  
 Esse læue dilectum :  
 Redibunt Tenebræ ,  
 Ciebo grandines ,  
 Mactabo Pecudes ,  
 Necabo Infantes .  
 En cum Moyse Rex venit .

*Phar. Moys. Aron .*

*Phar.* Moyses ? Aron ! audite .

Pateras hic libate ,  
 Et sic numini vestro honores date .

*Moys.* Fieri nequit ò Rex ,  
 Dum Sacris dare focis ,  
 Quæ , vestræ colunt Aræ  
 Sentietis amarè .

Ac Egypty indignati ,  
 Lapidés contra nos mittent irati .

*Phar.* Eant igitur Viri  
 Ad solemnia ferenda .  
 At paruli , & armenta  
 Remaneant . oues Deo Israel dicatè .

*Moys.* Sacra Deo offerre vota ,  
 Rex non vales Imperare .  
 Est ignota ,

Quæ , sit victima deuota .

Quam Deo placeat acceptare . *Sacra &c.*

Omnes discedent Gentes ,  
 Viri , Feminae , Pueri , & cuncta armenta ,

*Phar.* Non ad Sacrificandum est vestra mens intenta ,  
 Sed ad regnum vexandum ,  
 Turbæ cupiunt exire .  
 Occultæ in vos latent vltlices Iræ .

A' Re-

A' Regia vade procul ,  
 Moyses , recessus tuus mea grata quies ;  
 Ne hodie tibi sit extrema dies .

*Moys.* Fiat vt imperas Rex .

*PHAR.*

Sapè fraudes occultantur ,

Boni larua infidiosa .

Inter flores ,

Et odores ,

Anguem sepè tegunt arua .

Vis secura , & arua amena ?

Extirpentur rea venena

Erunt tutæ viola , & Rosa .

*Sapè &c.*

*Moys. Aron .*

*Moys.* Audiuisti Aron Regem .

*Aron.* Audiui , audiui nimis

*Moys.)* O Rex Cælitum .

*Aron.)* Adiua Isacidos ;

Solare miseris

Anima Puidos .

*Aron.* Moyses ? at nil timendum .

Ea , quæ tibi minatur ,

Potius formidet Rex .

Mox aulæ , & toto Regno

Inter noctis horrores

Erit imminens nex .

Vt Deus nobis præcepit ,

Iam sunt Agni immolati ,

(Quos incolunt Habrei)

Iam insonti Cruore ,

Sunt Parietes signati .

Cuius omnes virtute ,

Isacidæ , à Dei gladio erunt seruati .

*Moys.* Vt es Israel Liberator ,

Agni Sanguis Innocentis .

Sic



Sic Dei Agni, erit SALVATOR,  
 Infons Cruor; humanæ Gentis.

D V X P H A R.

- Dux.* Heu nox atra, & funesta,  
 Lacrymofi Terrores?  
*Phar.* Et quæ suspiria mæsta  
 Regios turbant sopores?  
*Dux.* Et quæ strages tremendæ?  
 Et lætales angores?  
*Phar.* Heus Dux, Ancillæ, Serui, omnes filete?  
*Dux.* Mi Rex, aula Regalis,  
 Cadaveribus strata.  
*Phar.* Vbi proditor Hostis?  
 Eia Dux, vbi valor  
 Egypti? Pharao est Rex,  
 Occidantur Rebelles.  
*Dux.* Nostræ Vires imbelles.  
 Occulta latet vis, Tyranni fati.  
 Primogeniti Egypti,  
 Inuisibili gladio omnes necati.  
 Armentorum extincti primi fetus.  
 Vndique luctus, flatus.  
*Phar.* Cur semper stabilis  
 Erga nos miseros  
 Crudelis fors?  
 Ineforabilis,  
 Cur nos persequeris  
 Barbara mors? Cur semper &c.  
 Heu fors — non fors sed Deus  
 Israel percutit Regnum. Ego reus  
 Redeant Moyfes, & Aron.  
 Vade Dux — siste — vade  
 Audi quæso. dilectus  
 Vnigenitus meus, & Consors Regni,  
 Viuit? cur taces? *Dux* — mi Rex.  
*Phar.* Viuit! vadam ipsum amplecti. Resp-

Responde? Viuit?

- Dux.* Mi Rex, Princeps obi...  
*Phar.* Obiuit? non vocentur Hæbrei  
*Dux.* Iam sunt vocati  
*Phar.* Pereant — heu nos perimus.  
 Venient Moyfes, & Aron.

O M N E S.

- Aron.* Rex Salue  
*Moy.* Vire ò Rex.  
*Phar.* Salus, & uita Regis,  
 Periclitatur nimis,  
 Tot suffulta ruinis.  
 Prius quam surgat aurora; Regni mei  
 Fines EXEANT hæbrei.  
 In libertate optata  
 A' vestro Deo imperata  
 Omnes vos pono.  
 Sumite armenta vestra, & siquæ placent  
 Etiam è Regno meo, libenter dono.  
 Ite, ac Deo immolate,  
 Et abeuntes *Benedicite mihi*  
 Sint salubres Cæli rores.  
 Terra pinguis, & fæcunda  
 Splendeant Iridis colores.  
 Nili fluat fertilis vnda. Sint &c.  
*Chor. Pop.* Discedamus, abeamus,  
 Exultantes,  
 Deum Laudantes,  
 Adoremus,  
 Liberatori Deo Sacra paremus.

F I N I S.



